

IN
AUGUSTISSIMUM,
AVSPICATISSIMUM,
SOLEMNISSIMUM
SERENISSIMI
CELSISSIMI, POTENTISSIMI
PRINCIPIS ac DOMINI
D. FERDINANDI

BOHEMIAE

&c

REGIS:

ARCHIDUCIS AUSTRIÆ;

DUCIS

BURGUNDIAE

MARCHIONIS

MORAVIAE.

DUCIS LUCENBURGI, SILESIAE,
BRABANTIAE, STYRIAЕ, CARNIO-
LÆ, WIRTEMBERGÆ & TECCÆ ETC
PRINCIPIS SVEVIAE, MARCHIONIS
LUSATIAE, COMITIS HABSBURGI,
TIROLIS, GORICIAE, ETC

in

SILESIA

&

BRESLAM

Eius

Metropolin

INGRESSUM

ad sum. Eiusd. Gentis

Illustriss. & Laudatiss.

PP. ac STAT. HOMAG.

Humil. Apprecat.

ODE GRATVLATORIA

JACOBI GÜNTHERI ZÜLCHOWI S.

Phil & Med. D. ac P. C.

B R E G Æ

Typis Casparis Sigfridi. ANNO 1617.

Α'ήλυμα.

HEPHAS in antiquis, Placitō svadente
Sophorum,

Ipsa Sacer Numerus, Sacra tenensq; fuit.
ENNEAS & Vitæ & Virtutis Limen ab Ortu
Astrologūm fati, Sortis & Orbis, erat.

Indè cyclus complens PERFECTO ut cur-
rit ab UNO

(Sic DECAS) inq; UNUM, perficit O-
MNE BONUM.

OMNIA FERDNANDUS Virtute Bohemiæ F. I. R. H.
ab ortu UNO


Omnia in unum unus REX Rata, Salva
gerens.

Qværis? Bis Qvatuor Septem, Bis Qvatuor
&, quod

penè negas, mirâ cum ratione Novem.
Claude Chorum Punctō Maiorum Confluō
in Orbe,

sic Decade à Primo Colligis OMNE BONUM.

I. G. V.



Gabinet
Śląsko - Łużycki

80037/3 GSt

Αύστ. 18 αὐγ. 1800

HISPANIAE Primum FERDNANDUM sume, Secundum
adde brevis, Famâ & Tertium adesse voca—!

pōst Quartum numera, census cui viribus addat

FERDNANDUM Alphonsi sideris orbe pari.

Succedat Magnus FERDNANDUS Maurica perdens
Idola, ut dici Catholicus meruit

Quintus is, Hic Sextus, cui tandem Carole Frater

QVINTE Tuō sequitur Septimus asse pius.

Iam redit inq; Apicem Regni, Qui & Nominis, Hares

REX Novus, Octavō, Faxit Iōv A, pede.

Egregios Octo Reges Hoc Nomine dixti,

Unum, Stirps, Natus primus in Hepta fluunt.

Seminis hoc prastat vis una effluxilis ultro,

Undè gerit vires Natus & Esse Patris.

Et verò Stirpis pede Centum figitur unō,

Cumq; Hoc ex aqvo, qvi fuit, Alter idem est.

Hic regit & stirvam tenet, is deducere sese

Promovet in punctum, qvi fuit ante, Cycli.

Sunt tamèn Una Duo, & sunt inter disita sese

Principium Centrum & Principiatus Apex.

Indè Novem numerat FERDNANDOS Linca punctim

Inq; Unum rediens fit DECAS orta Cyclus.

Omne ferens plenum FERDNANDICUS orbis in orbem

sic fit PERFECTUM perficiendo BONUM.

REGEM JHOVA Iuva FERDNANDUM protinus, inq; Hoc

OMNE fer His populis pro Bonitate BONUM.

α' από. Δηλ.

I. G. Z.

FERD. I.
R. HISPAN.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 0

1 2 3 4 5 6 7 8 0

1 1 2 2 3 4 5 6 7 0

PERF. ab uno in unum

FERD. II.

R. BOEM.

ARCHID. AUST.

JOHANN
SILES.
SAL.

ARCHIDUCUM
HABSBURGICO-AVSTRIACOR.
LAUDES.

ODE

Tricolos Tetrastrophos
ex Anal. Psal. 20. v. ult.

D. FERDINANDO II.

nup. rec. Creato

BOHEMIÆ

REGI,

ARCHIDUCI HABSBURGI-AVSTRIACO,
DUCI BURGUNDIÆ, MARCHIONI MCRAVIÆ,
DUCI LVCENBURGISILESIE ETC
humil. Comprecatione

SACRA.



Rbi salutem, Donaq; seculis
Fatō Serenō Grata pararier

Quī qvaritas pronus? Bacilli
Suspice dogma Sacri! Alta tages.

Salus petenda omnis, precibus polō
Orbi trahenda est prosperitas virū;
Conatibus voces ferentū

Ad superos cupidas citanda.

Sic Dia monstrat pagina qvarere;

Sic David almō. munere psalmatis,

Jehova SALVUM EXCELSÆ FAXIS

ō POPULUM, cecinit precatus.

Dantur petenti Munera provida:

Votis respondept supplicis omnia:

nec denegant accommodato

Numina mittere calda censum.

A 2 Etenim

Etenim ab ipso poscere pragmatiss
IHOVA Parente primitij decet
Rerum vigentis conditarum
Auspice in orbe valoris uno.
Ipse & rogatus ferre volet Bonum;
precando quodquod percipimus ratum:
Mortalium voto Saluti
dum modò noverit esse Fatum.

Rerum Salus, orbis geniti vigor
post conditorem maximus ardua
Curâ Bonus Rex atq; Terris
Præsidiò gravis Ethnarches.
Ergò pium pollere precamina
pro REGE, duci vota q; Gentium,
Hoc est Salutem suscitare,
Languida & est vegetare Regna.
Circumfluentis Clasmata Qui cavet
Mundi ab Autore, Quiq; viâ fuit
Primâ Salus, Factorq; Solus,
REX datur in medium salutis:
Qui exaudiat clamoribus undiq;
Intentus adventantibus, Æquitas
ne desit unquam, Quo popelli
Præstite IUSTITIA valescant.
Hic à JEHOVAH Rege petendus est
Regum, polorum Numine vertices
movente, Terra cardinesq;
Liberiore Bonò vegente.
A REGEREX SUMMO datur omnium
Terrestri orbis Qui Regat orbitas;
quod ordines Mundi JEHOVAH
Hoc dabit ordine stare firmos.
Qui justus est, & Qui Bonitas DEUS
Una est, Hic unus, Qui BENE viribus
Præsit suis, virtutibusq;
Eligit, armat, agitq; REGEM;
REGEM

REGEM probatis Qui Sua premia
Tutatus ipse, Qui titulos Bonis
Honoris addat, tamq; penas,
Pace valens, roget in Malignos.

Modus at est, est adsequier via
Isthac, clientum cum prece clamatet
DEUM benignum fors q; vox q;
REGE creare datò salutem.
Prodire Mentis quin humileis decet
Orando sursum sollicitareq;
subindè miti, nec superbâ,
poscere voce juvat Datorem.
Hic David exemplo venit arbiter
Rex mitis atq; huic Agmen Abramicum
Parens; FAC & FAC JHOVA SALVA
CUNCTA, ait, ET BENE PROSPERATO! Ps. 20. v. ult.
Perindè REGEM Numine providò
Sic Redditum Genti, utpote calitùs
Iuxtim Saluti consecratum,
Perplacidè decet adrogare.
Hic Plasma Summi Regis, & intimum
JHOVAH Cor est Hic; Quippe vicem subit
Ut voce Nomien Indicantis
Ritè DEI MODERANTE JHOVAH.
Monendus ille est More suavius
decente, cuius Munere gratiam
Blandò, nec iras par adortus
per rigidos rigidas mereri est.
Fac MUNUS &, QUAE sunt Tua, perfice
JHOVAH beanti Gratus! & aptius
ipsi Magistratum obferenti
redde Dato officiumq; REGI!
DIE Hac & opportunius omnia
agenda justò tempore competunt:
primâq; cumprimis serenum
Auspicium face ferre præstat.

A 3 Quin

Quin jugis inde & continuū Mora
Vocationis, vocis amicula

Placabilem JHOVAH Regisq;

Augmine retineat Favorem.

Et dum coarctat dura Necessitas

Clientibus clementia subditis

magis petenda est, ambituq;

perpetuante precum roganda.

Heic & salubris Consiliū tenor,

Huiusq; flexus commoderatior

prodesse certat, vincit, audit

Pace favente fovere Reges.

Hinc Actiones ducere dedita

Salutis arcus Secula in Aurea

sanā viā fiant, refertq; has

utilibus fieri statutis.

Sic ire Mentis sic humileis decet

Orando sursum sollicitareq;

subinde miti, nec superba

poscere voce juvat Datorem.

Perinde REGEM Numine providō

Sic Redditum Genti, utpotē calitūs

juxtim Saluti consecratum,

per lepidē decet osculari.

Ergō Serenō Nominis Atriū

Figenda Regni est Austriadum Salus:

In FERDINANDO Silesis Hac,

ARCHIDUCE Egregio, vocanda est.

Ad votum IN Hoc Res Summa datur, Salus

et Tota gaudet Elysij in Hoc

Favis, BOEMUM stare Regnum

Cuius HONORE diu legebat.

Cæli JHOVAH Summus & unicus

Hanc FERDINANDUM penē volens dedit,

Cui cara curæ Lex Habena

Regnaq; Lege tenere salva.

Datur

Datur ab uno Qui vocat, & facit

Parere Summis Ima subesseq;

Summiq; honore Imis præesse

Iudicis omnium in orbe Summa.

Desideremus Regem ita, ab Austrio

Hem FERDINANDUM Semine conditum

Ipsū Quē ab Ipso reppetamus

Numine cuncta Regente JHOVAH.

Cari ite REGEM Floribus optimum

Hunc caritatis, Hunc benevolentia

Palmisq; congratando gratum

Excipite & decorate Regem!

Necessitates atq; onus en FERET

Hic FERDINANDUS & moderabitur,

Cum Gratijs pronus vocantū

Audiet auxiliando voces.

Hic audiet clamoribus undiq;

Intentus adventantibus, Æquitas

ne desit usquam; Quo popelli

præstite Iustitiā Valebunt.

Quin novimus Celsū Genus Austricum

dum Regna lustrat, Progeniei Suae

Virtute quantā, quāq; Lande

Rexerit in Pietate Gentes.

HABSBURGICI ducta est rata Gloria

Longē RODULPHI, Qui Imperium optimis

GERMANIAE ausis gessit, atq;

Usq; & adusq; geri apprehendit:

Dein sequentis Famaq; Filij

Virtutis aram Patris adepta, tūm

Insignis ALBERTI per Orbem

Regia Sceptra tenens Honestas.

Primi & Secundi sic bona, sic brevis

Huius licet, Laus & Decus, & Fides

parata FRIDRICI, nefando

Languida Turbine, sæpē pressa.

Et MAX-

Et MAXIMILIANI quis eget facem
 Clarare bello, paceq; Lucidam
 Hunnis, Boëmis, Barbarisq;
 Helvetiis, Venetisq; visam
 Turcisq; CAROLI inficiabitur
 Felicitates Imperiū sacro
 Dignas quis? & Romana Sceptra
 Quis neget Hōc vixisse Eparchā?
 Qui pace divi Consilijs datā,
 Armis Qui actis, Marteq; strenuū
 Rempublicam, Regniq; Fana,
 et Solium moderatus auxit.
 Quem FERDINANDUS munere Regiū
 Insignis idem Fratresq; praevid
 Magnis Gubernator piisq;
 Dotibus Imperij secutus:
 Pacisq; amator, Concilijs probe
 et Ter calatis Testibus, ut Spira
 Augusta vel solemnis ista
 Legit & edidit approbata.
 Hōc MAXIMILIANUS satus est Patre
 Vivō Hōc Secundus Nomine Redditus
 Rex orbis, & virtute Magnus
 Maximus & PIETATE CAESAR.
 Qui; sive JHOHAN, REGINSANT Thronus
 spectandus, omnis seu Patria Tholus,
 Gentis togata Lex Salusq;
 praesidijs pariter tenenda;
 Felix erat, Qui tam pius, & togā
 Tam regiā Fidus; Benè Bellica
 adeptus hastam, inq; arma Tutor
 Iusta DEI, atq; Sui, atq; Regni.
 Fecundus ecce ille ac geniū potens
 cum Filios divū generans Thorū
 plureis & Heroas serend
 Stemmata in Archiducum virentes.
 Quorum

Quorum RODULPHUS calitibus Patrem
 Pronis secutus Imperiū, diu
 Rex saluus orbis Christiani
 Gente valensq; valensq; Mente.
 Thraces Hic armis vicit & arctius
 Restrinxit, ipsos Perfidia Viros
 Poenis reflexit ponē lentis
 Turbine cum Monitis paratō.
 O Quanta Virtus Sorte RODULPHICA
 HABSBURGICAE Aequali & benè profluā.
 O quā salubris presidente
 Hoc Themis, Hoc Charis ipsa Terris.
 Idemq; nunc est Germen, Honoribus
 Iis MATTHIAS Dignus quoq; Stemmatis
 Divi, RODULPHO tum Senili
 Limine Stante, obeunte Regnans.
 Hic Pacis Autor longius, & PATER
 Augustus audit Hic PATRIAE, Decor,
 Quam Teutones armant, carina;
 Austriadum Generosa Phoenix.
 Floret beatus, vivit amicitus.
 O Floreat Vivens, & adaugeat
 Salute Regnum MATTHIAS Domū
 Austriacā generata PHOENIX.
 Etenim ibi est en igniculi Fomes
 E Quo sacratā ponē propagine
 Exsurgit altū enata cursim
 AUSTRIA Luce renata PHOENIX.
 Creante JHOVÂH, Stelligeri poli
 Clementiāq; Rectisonū Patrum
 et instituto denuō orbi
 AUSTRIACō hem datus igne PHOENIX.
 Jam FERDINANDUS prosilit, & Novus
 Cum MATTHIA REX, vividus imperet
 Qui post Boëmis, Quiq; junctis
 ELTSIUM, Lusatumq; Terris.
 Eiusce

Eius ce virtutis potis & Genij
 Cælestis Ignis Flammine profatus
 „ FERDINANDUS ortu circulari
 „ Cam veteri Nova Laude spes est.
 Nec enim erit peior vel Abimelech,
 Pro Morte Fratrum Rex Lapidem merens,
 Dignè resumens Talionem:
 Nec Regere accipiens Adoniah
 Iniquus. sed promerita cadens
 Nece. nec & protervus Edom pijs,
 Nec Balacus Divis resistens,
 Recchabeam iuvenisve demens.
 Quin Asa is unus, quin magè charior
 David JEHORAH, Josaphat aut Cores,
 aut ipse tam justus Salomo
 quàm Sapiens paradeigmate Alter.
 Moror quid antiquis? modò dixerò,
 Cyclis monet quod heic genearchicus,
 Castella Regem Legioq;
 Quem coluit benè, FERDINANDUS
 Hic sit: tot annis Nomine, Viribus,
 Virtute regnet assimilis pari;
 Et ad SECUNDUM comparatè
 Nominis æmulus ac Honorum
 Et Saracenos ordine Tertium
 pellendo blasphemus imitabitur
 Maioricam Vallentiamq;
 Christiadum Titulo notantem:
 Simulq; Magnum Nomine, Principem
 Catholicum cognomine, Vindicem
 Eosdem in Hosteis Christianò
 Betica amore beando Regna:
 Et FERDINANDUM consilij pium
 Avam, examussim pacis Epistatam,
 Hic explicabit FERDINANDUS
 Omine, Nomine, Req; verum.

Sic

Sic FERDINANDUS cum Genio Suo
 Cæleste Numen Nomen ut obtulit,
 it Reddivivus, Subditisq;
 Lativagò Bonus audit orbe.

Modus & est, est assequier via
 Isthac: Clientis cum prece clamitent
 DEUM Benignum FERDINANDO
 REGE creare datò Salutem.
 Prodire Menteis quin Humileis decet
 Orando sursum sollicitareq;
 subindè miti, nec superbâ
 poscere voce juvat DATOREM.
 Iàm FERDINANDUM Numine provido
 Sic Redditum Genti, utpote cælitus
 juxtim Saluti consecratum,
 perplacidè decet adrogare.
 Rogandus ille est more suavius
 Decente, cuius munere Gratiam
 Blandò, nec iras par adortus
 per rigidos rigidas mereri est.
 O Munus & Quæ perficienda sunt
 JEHORAH beanti reddite! & aptius
 Et FERDINANDO & FERDINANDUM
 Officium date sponte DANTI.
 DIE Hac & opportuniùs Omnia
 agenda nostro tempore competunt:
 primâq; FERDINANDO serenum
 Auspicium face ferre præstat.
 Quin jugis inde & continuò Mora
 Vocationis, vocis amicula
 Placabilem JEHORAH, Regisq;
 Augmine retineat Favorem.
 Et dum coarctat dura Necessitas
 Clientibus clementia Subditis
 magis petenda est, ambituq;
 perpetuante precum roganda.

Hic


Heic & salubris consilij tenor,
Heic & reflexus commodation
prodesse certat, vincit, audit
Pace favente fovere REGEM.
Sic Actiones ducere dedita
Salutis arcus secula in Aurca—
sanâ viâ fient, Modisq;
utilibus PATRIAE atq; REGI.
Hem FERDINANDUM Numine provido
Sic Redditum Genti, utpotè calitis
juxtim Saluti consecratum—,
perlepidè decet OSCULARI.

ψαλ. κ. ειχ. β.

Αἰς τῶν ὅλων ὁ κύριος σὺς!
 Ἀνθων βασιλεὺς ἀποκρίνηται,
 ὥς αὖ ἐπικράζει λαόν.



1603



WINDOB.

245.

FERDINAND